UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Magnvm Episcoporvm, Canonicorvm, Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam Secularium quam Religiosorum

Tympe, Matthäus

[Köln], 1614

27. Etiam paucos docere non erubescere. V. Signum 34.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51447

Visual Library

quantos perpeſſi ſunt labores non ſolum Diuus Paulus, de quo Christus dixerat, ego oſtendam ipſi quanta eum oporteat pro nomine meo pati; Et omnes Apoſtoli, quibus pronunciatum fuerat: Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum, & tam multi Apoſtolici viri qui ſpiritu Dei repleti in hoc concionandi agone cum multa paſſi ſunt. Timeo, inquam, in tanto onere ſubeundo ſufficientes humeros non habeam, & tamen timeo ne ibi & abiecto animo minus Dei virtute confidens eius voluntati obluctari audeam. Act. 9. Matt. 10.

SIGNVM XXVII.

Etiam paucos docere non erubeſcere.

LEgimus Petro Hieroſolymis primum verba faciente ad populum, die vno tria millia hominum baptizata fuiſſe, in dies quoque credentium numerum creuiſſe: & alio deinde die quinque millia ſuperioribus addita fuiſſe: Cum autem gentiles quoque Domini iugo ſubijciendos per viſum cognouiſſet, Cornelium Centurionem, & qui cum illo domi erant, credentes baptizauit. *Act. 2. 4. & 10.*

Qui Paulo ante vna ſolum atque altera concione tam multos conuerterat, idem paucos non contempſit, neque itineris laborem, vt Ioppe Cæſaream vſque euocatus, recuſauit. *Christus Io. 4. vni Samar. mulieri cõcionabatur*

Si tamen populus plane ſit obſtinatus, nec concionem eius velit audire vel ſequi, concio-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

natoris eſt eum deſerere, ne dum in ſterili ſolo ſementem iacit, fœcundæ interim glebæ, nullo aratro ſubacto, fructu vberiore fraudentur. Prou. *Qui erudit deriſorem, &c.* Act. 13. Paulus & Barnabas peragrant oppida Iudææ in Synagogis prædicantes, inuidentibus vero Iudæis & ad contradicendum furente rabie prorumpentibus, conuerſi ſunt ad gentes, & c. 16. prohibiti ſunt loqui in Aſia.

Cron. lib. 3. *Sur. To. 2.* 2. *Aldebertus Pragæ* Epiſcopus dum effrenem & indomitam plebem nullis prædicationum inſtigationibus ad modeſtius viuendi rationem redigere potuiſſet, Epiſcopatum reliquit, & ſummi Pontificis permiſſu ad cœnobium Caſsini montis perueniens, monachum ſe fecit. Si is, tanta animi ſollicitudine vociſque contentione in monendo vſus fuerat, ob incorrigibilem tamen plebis peruerſitatem Pontificatu ſe abdicauit, quanto magis timere debet lucerna ſub modio poſita, ſal fatuum, canis mutus non valens latrare?

Eze. 3. & 33. *Eſa. 6.* *1. Cor. 9.*

SIGNVM XXVIII.

In labore ſuo inanem gloriam deuitare, in concionibus ſuis laudes humanas & populi plauſus non venari, ſed gemitus & fletus.

1. CVm *Sanctus Bernhardus* Abbas Claraualł. aliquando inter prædicandum